

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput IX. De Statu Hominis Ante Peccatum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

incidit, ne murmure, digito labia compescat.
 Uno verbo hoc altè menti ejus infixum sit,
 Deum omnia videre, conservare, gubernare.



CAPUT IX.

De

STATU HOMINIS ANTE PECCATUM.

Σύνοψις.

Deus hominem ad
 imaginem suam
 creans intendit glo-
 riæ suæ demonstra-
 tionem. §. I. II.

Ideo præscripsit illi le-
 ges, quarum obser-
 vatione nomen su-
 um glorificaretur.
 §. III.

Leges verò, quas de-
 derat, comparatæ
 erant ad dotes ani-
 mo, corpori conces-
 sas. §. IV.

Quatenus intellectu.
 §. V.

Voluntate. §. VI.

Corpore omne id agere
 debebat, quod ad
 gloriam Creatoris
 poterat. §. VII.

Quæ quidem leges di-
 fertè apud Moysen
 non memorantur. §.
 VIII.

Nec, ut videtur, ex-
 ternè rogatæ sunt:
 Attamen in natura
 Dei & hominis fun-
 datae. §. IX.

Quippe naturales
 sunt. X.

Leges hæ, quoniam
 pec-

peccatum
 luci var
 splendoni
 zuntur,
 Scriptura
 in Decalog

Deus præter
 les legem
 positivam
 arboris se
 ni & ma
 medendo

§. XIII, X
 Quæ sapien
 exploran
 mi obed
 aliaque
 instituta

Et illis &
 homines
 tiam de
 XVII.

Debuisse
 nes posse
 catum
 mum in

non intr
 Quorum on
 sonam pr

peccatum illarum
luci variè obest,
splendori suo resti-
tuuntur, passim in
Scriptura, maxime
in Decalogo. XI. XII.

X. Deus præter natura-
les legem quoque
positivam de fructu
arboris scientiæ bo-
ni & mali non co-
medendo dedit. §.
§. XIII. XIV.

Quæ sapientissima ad
explorandum Ada-
mi obedientiam,
aliaque docendum.
instituta. §. XV.

Et illis & huic primi
homines obedi-
tiam debebant. §.
XVI.

Debuissent quoq; om-
nes posterì, si pec-
catum per Ada-
mum in mundum
non intrasset. XVII.

Quorum omnium per-
sonam primus homo

tanquã caput sum-
serat. §. XVIII.

Obedientia autè, quæ
requirebatur, esse
debebat totalis, per-
fecta, constans. §.
XIX.

Quã præstita major
gratia à benigno
Creatore certo ex-
spectari potuisset. §.
XX.

Licet illa disertè non
non expressa à Mosc.
§. XXI.

At transgressio prome-
rebatur mortem si-
ve privationem vi-
tæ jucundæ, natu-
ralis, spiritualis, &
eternæ. XXII. XXIII.

Quæ mox post pec-
catum inferri cœ-
pit. §. XXIV.

Et quã non solum Ada-
mus & Eva, sed &
posterì implicaban-
tur. §. XXV.

Ex dictis fluit Deum
hic considerandum,
L 5 instar

*instar sapientis, ab-
soluti, sed simul be-
nigni, iusti, sancti
Legislatoris: At ho-
mo ut integer &
radix totius generis
humani. §. XXVI.*

*Ad hunc primi homi-
nis statum cogno-
scendum pertinet
etiam notitia Para-
disi. §. XXVII. XXVIII.*

*Qui Adamo spem ma-
joris boni. §. XXIX.*

*Et typum cæli refere-
bat. §. XXX.*

*Dein arboris vitæ,
quæ filium Dei ante
& post peccatum,*

*quamvis diversa
ratione, expressit.
XXXI. XXXII.*

*Tandem sabbathi §.
XXXIII.*

*Quod vel Dei nova
opera creare cessan-
tis. §. XXXIV.*

*Vel hominis in quiete
diem septimum, ope-
ra Dei intiendo,
Creatorem laudan-
do, consumentis. §.
XXXV.*

*Poteratq; ipsi signum
& pignus esse feli-
cioris temporis post
curriculum obe-
dientie absolutum
transigendi. XXXVI.*

§. I.

EX præcipuis causis, quod Deus mundum
creavit, eumque conservat ac gubernat,
est demonstratio gloriæ suæ ad felicitatem
hominis, unde illum in eo condidit statu, in
quo dignus ad intimam cum Creatore suo com-
munionem, nam, ut supra notavimus, homo
primus ad imaginem Dei creatus est, benigna
adeo.

adeoque Crea-
intellectus, v
& corpus mer
II. Hinc c
ram, & ipsi
tas summe
Deus gloriam
vult. vult
que tantis do
icat, deprædic
dum Creato
minem contu
tura agnosca
ciatur, quod
III. Qu
nem sui inte
tem ipsi reve
modo ipsum
IV. Leg
animo, cor
Legislator n
à viribus sub
V. Crea
mo adeoque
ad perfection
bus recte ut
creata esse,
VI. Crea
Homo adeo
cum volunt.

adeoque Creatoris manu datus ei est sapiens, intellectus, voluntas sancta, affectus ordinati, & corpus menti subiectum.

II. *Hinc constat hominem esse Dei creaturam, & ipsi ob excellentes dotes gratiosè datas summe obligatum.* Et quandoquidem Deus gloriam suam diligit, quærit, Rom. XI. v. ult. vult quoque ut creatura, maximè quæ tantis donis ornata, gloriam suam agnoscat, deprædicetque, 1. Cor. VI. ult. Vel dicendum Creatorem hoc sine certo scopo in hominem contulisse & perinde ei esse, num à creatura agnoscatur, vel non colatur, aut despicatur, quod falsissimum.

III. *Quando verò à creatura glorificationem sui intendit, tum quoque hanc voluntatem ipsi revelavit, leges adeoque dedit, quomodo ipsum glorificare debeat.*

IV. *Leges illæ comparatæ sunt ad dotes animo, corpori concessas.* Prudens quippe Legislator non alia exigit officia, quàm quæ à viribus subditorum jure postulari queunt.

V. *Creator homini dedit intellectum.* Homo adeoque debebat Creatorem suum nosse, ad perfectiones ejus cognoscendas ingenii viribus rectè uti, nosse quoque se, aliaque à Deo creata esse, & ab eo dependere.

VI. *Creator dein homini dedit voluntatem.* Homo adeoque debebat id solum velle, quod cum voluntate Creatoris & ratione congruit, velle,

velle per consequens amorem, cultum Dei, nec quidquam agere, quod Deo displiceat, amorem quoque proximi.

VII. Creator denique homini dedit corpus. Homo adeoque debet corpus ratione sua regere, membris ejus ad gloriam Creatoris & commodum proximi uti.

VIII. *Has quidem leges homini primodatas disertè non legimus. Ratio est, quia minus necessarium.* (1.) Fundatæ quippe sunt in natura Dei, qui odium, contemptum sui &c. neque præcipere, neque permittere creaturæ potest. (2.) Fundatæ dein sunt in natura hominis ratione præditi, *recti* Eccles. VII, 29. ad *simillimam imaginem Dei* Gen. I, 26. ejus quoque, qui jam per peccata deperditus, Rom. I, 20. II, 14. 15. (3.) Insuper disertè legimus datam esse legem positivam, Gen. II, 17. quæverò minus necessaria & præsupponit priores illas.

IX. *Imò probabile leges has non externe rogatas* (quarum ideo Moyses non meminit) *sed ipsi menti insculptas esse*, v. Rom. II, 14. 15. Pf. XXVII, 8. Nequit enim mens vel ad seipsam reflectere aut alia creata intueri, quin hæc principia, Theoretica & Practica, in ipsa oriantur.

X. *Sunt adeoque leges naturales*, quæ absolute necessariae, dispensationem non admittunt, etiamnum durant.

XI. Pec-

Ho
XI. Peccat
ab hominibus
la in puritate
& nunc non o
hent, quæ lib
Quum tamen
num rationer
beat.
XII. Itaque
mini naturæ,
nebras offundi
sertè præcipier
atque proximi
2. vocatque
ptum. Quod
naturalibus, si
præcepto exce
netur. Neque
officia olim,
per Scripturar
XIII. Præ
simus, Creato
mo tulit, quæ
non patet, no
tio fundata e
præscribenda.
XIV. Con
De Arbore Sc
quia, quo die
ris. Certa era

XI. Peccatum quidem in causa, quod illæ ab hominibus solo rationis dictamine fruuntur in puritate sua non agnoscantur, doceantur & nunc non observentur, nam hi naturalia habent, quæ sibi & paucis utilia, carni grata sunt. Quum tamen hæc potius naturam, quæ omnium rationem habet, Creatoris maximè, turbent.

XII. Itaque Deus pro ingenti gratia sua lustrali naturæ, cui nunc caro contradicit, & tentum nebras offundit, lumine Scripturæ succurrit, dimittit præcipiens cognitionem & amorem Dei atque proximi, Deut. VI, 5. 6. Marc. XII, 29. 32. vocatque *primum magnumque præceptum*. Quod plenius in Decalogo ex legibus naturalibus, si circumstantiam temporis in IV. præcepto exceperis, tantum constante continetur. Neque probabile videtur Deum alia officia olim, alia nunc, alia per naturam, alia per Scripturam poscere.

XIII. Præter has leges, quas naturales diximus, *Creator aliam arbitrariam homini primo tulit*, quæ à prioribus differt. Nam naturæ non patet, nonnisi in sapientis Numinis arbitrio fundata est, & ideo externa lege homini præscribenda.

XIV. Continetur autem verbis Gen. II, 17. *De Arbore Scientiæ boni & mali non comedes, quia, quo die comedes de ea, moriendo morieris*. Certa erat arbor aut arborum species, aspectu

aspectu amœnissima, quæ capiebat intuentium oculos, dicta עץ הדעת טוב ורע *Arbor scientiæ boni & mali*, quippe declaratura hominis vel in bono constantiam vel ejus ad malum aberrationem.

XV. *Sapientissima hæc Creatoris lex erat, statui primi hominis conveniens.* Constituit enim Deus hominis obedientiam explorare. Hæc autem lege naturali (cujus observationem internum lumen plenissime dictabat) explorari vix poterat. At poterat arbitrariâ, quâ Deus ad probandum suos utitur, vid. Gen. XXII, 2. Noverat Adam Creatori suo in omnibus parendum esse, sed מרשבות *cogitationes multæ* variæ dictare poterant (uti dictarant) cibum hominem Deo non commendare, hunc cibum cum reliquis, qui comeduntur, ejusdem naturæ esse. Præterea hac lege docuit Deus se esse Dominum terræ, hominem non nisi villicum, voluntatem Dei esse regulam actionum humanarum. Docuit insuper vera bona haud esse terrestria, adeoque appetitui frænum non laxandum esse.

XVI. *Hanc posteriorem ut & priores leges creatura sapiens obedientiâ adimplendas suscipere debebat, volebat.* Data quippe sunt à Creatore, conservatore, qui in creaturam plenum jus habet. Unde non legimus Deum ex homine quæsisisse, num velit obedire, sed ei pro auctoritate sua officium dictasse. Sunt quoque

Hoc
quoque leges
ciendæ.

XVII. *Eæ
nam hominem
progenitos, si
statu pernam
it, nulla est c
nato. Nec v
que, quantum
cet, nondum
mus ei subiecta
tem rationem
danda, nam &
fuit.*

XVIII. *Ten
tui datæ leges,
sed & caput,
naturæ esse,
probandis suo*

XIX. *He
(i.) Omnes, nat
mum respiciam
veribus. Deut.
mentanea obed*

XX. *Si ver
cogit, à benign
mittere sibi pot
tum enim est si
existit, longè*

quoque leges æquissimæ, nulla ratione rejicienda.

XVII. *Eadem obligabant non solum primum hominem, sed & alios ex lumbis ejus prognatos, si genus humanum in primigenio statu permansisset.* Quod naturales concernit, nulla est difficultas, & durant statu licet mutato. Nec videtur quoad arbitriam. Eva, quæ, quantum ex ordine Gen. II. colligere licet, nondum existerat lege data, nihilominus ei subjecta erat. Dein ob quam sapientem rationem Adamo, ob eandem posteris danda, nam & horum obedientia exploranda fuisset.

XVIII. *Tenendum præprimis est Adamum cui datæ leges, non solum primum hominem, sed & caput, radicem reliquorum considerandum esse, quemadmodum ex dicendis & probandis suo loco clariùs constabit.*

XIX. *Hæ verò leges præstandæ erant* (1.) *Omnes, naturales, sive Deum sive proximum respiciant & arbitria.* (2.) *Omni- bus viribus.* Deut. VI, 5. (3.) *Constanter.* Momentanea obedientia nulla habetur.

XX. *Si verò homo hac ratione leges servasset, à benigno Creatore & Legislatore promittere sibi potuisset majorem gratiam.* Certum enim est statum Adam, quamvis bonus existerit, longè meliorem & perfectiorem esse po-

potuisse. Erat *φυκικὸς*, vita cibis sustentanda, terra colenda erat. Sapientia, prudentia consummata penes illum non erat, nec voluntas in bono confirmata.

XXI. At dices: Majus bonum obedienti promissum non est. Promissum fuisse Moses non quidem refert, sed forsitan ex hac causa, quoniam illud nosse tantopere nostrâ non refert: Pœnâ itaque tantum meminit, nam ejus notitia ad subsequentem Historiam necessaria. Vel concedamus Deum officia dictantem adimplenti nihil promississe, adeoque obedientiam purissimam sine intuitu præmii, quod jure poterat, postulasse arbitramur, tamen perseveranti post aliquod tempus, uti Deo visum, dotibus naturalibus alias additas fuisse veluti majorem cognitionem, voluntatem in bono confirmatam, vitam sine cibis & labore in æternum mansuram, hinc perfectam tranquillitatem, latitiam ex immutabilitate fluentem &c. Nam natura docet tantam esse Dei *φιλανθρωπίας* ut genuinis cultoribus uno alterove bono laborantibus nova beneficia conferat. Id ipsum Scriptura confirmat Hebr. XI, 6. Esa. XLV, 19. Gen. XV, 1. (quæ loca licet directè aliò pertineant, hic commodè applicari possunt.) Insuper certum est observanti legem Mosaicam vitam æternam promissam fuisse Matth. XIX, 16. 17. Si homini corrupto spes vitæ æternæ, quare non integro? Ne dicam de Paradiso, ar-

bore

bore vita & S
excitabant, fo

XXII. Ne
trariam (qu
tur) violaret

quâ die come

mali, moriena

nique est, sed

vi, non ex fruc

voluntate Cr

benignissimi, a

eaque tot ben

ctum donata

violata.

XXIII. Pre

mitur, gen

Homo, qui c

vere dicitur, t

nullo dolore

conjuncta fun

git, in illo lat

Quando igit

mortem, intel

vita nomine v

ter usum voci

Interpres huj

fusus dicitur.

alienatur à vit

non diligit, is

nec vult Deo

bore vitæ & Sabbatho, quæ spem vitæ æternæ excitabant, fovebant.

XXII. *Ne verò homo leges, speciatim arbitrariam (quæ læsâ reliquæ quoque lædebantur) violaret, comminationem addidit Deus, quâ die comederis ex arbore scientiæ boni & mali, moriendo morieris*, Gen. II, 17. Gravis utique est, sed pœna correspondet crimini gravi, non ex fructu æstimando, sed ex æquissima voluntate Creatoris, Conservatoris, Domini benignissimi, aliisque circumstantiis, à creatura eaque tot beneficiis, in specie affluentia fructuum donata, absque ulla ratione turpiter violata.

XXIII. *Pœna generali mortis nomine exprimitur, generaliter itaque exponenda est.* Homo, qui constat ex corpore & anima, vivere dicitur, si quoad utramque partem valet, nullo dolore, malo premitur, si partes illæ conjunctæ sunt, anima Deum cognoscit, diligit, in illo latatur: atque ita vixit Adamus. Quando igitur transgredienti comminatur mortem, intelligenda est privatio ejus, quod vitæ nomine venit, quam explicationem præter usum vocis caput III. Geneseos optimus Interpres hujus pœnæ confirmat, ut suo loco fusiùs dicetur. Quando verò homo mente abalienatur à vita Dei, Deum non cognoscit, non diligit, is æternum miser, nam nec potest nec vult Deo, & ejus gratia, in qua sola feli-

citas consistit, frui. Unde patet, pœnam hanc comprehendere privationem vitæ jucundæ, naturalis, spiritualis & æternæ.

XXIV. *Pœna hæc ea die, qua peccatum patratum, inferenda dicitur, quod ita intelligendum.* Mox peracto peccato homo mortis reus factus est, & unum alterumve, quod mortis nomine venit, Adamo inflictum, terror, ignorantia, fuga Dei, status corporis morbidus, quæ magis magisque ad alia sub generali mortis nomine comprehensa vi insita ducebant.

XXV. *Quando verò Deus Adamo transgredienti talem mortem comminatus est, constat voluisse, ut ea pœna implicarentur posteri.* Mortalis quippe non generat immortales. Voluit per consequens, ut Adamus, ex cujus sanguine omne genus humanum ortum trahit, omnes homines referret, ut, quod ipse fecit, illi, qui in lumbis ejus extiterunt, in eo idem fecisse censerentur. Et quis Deum accusabit? Annon Creator de creatura sua ut figulus de luto disponere potest? Alia plura exempla tam supremi Regis quàm Regum terrestrium in historiis prostant, ubi Parentum delinquentium pœnæ in posteros quoque transferunt. Pollebat Adamus viribus officia sua præstandi, sed ipse eas lubens perdidit, & propriâ culpâ implicuit posteros, & ipsi, licet rectiora edocti sint, primum Parentem imitantur. Cærum est, omnes vias Dei rectas esse & nemi-

nem

nem in judic
naturum.
XXVI. Se
ranus est a
benignus, ju
vero ut crea
dam instru
generis hum
in Scripturis
I. II. III. in
tem federa
XXVII. I
luminis per
has adimple
dum, excita
soli, Arbor
XXVIII.
missus cur
tu, fructu
racissimus,
in quem Ad
sed sine mo
de perfect
candis, offic
XXIX.
sum virida
toris sui b
jorem sibi
ejus sanct
imperfect

nem in iudicio Deum iniustitiæ cujusdam accusaturum.

XXVI. *Secundum dicta Deus hic considerandus est ut sapiens, absolutus sed simul benignus, justus, sanctus Legislator. Adamus vero ut creatura, viribus ad leges observandum instructa, ut caput sive typus futuri generis humani.* Hæc ~~hinc~~ est propria, fundata in Scripturis, maximè sede hujus Materiæ Gen. I, II, III. in natura Dei & Creaturæ, non item fœderalis.

XXVII. *Tria alia, quæ ad statum primi hominis pertinent, quæque hominem ad leges has adimplendum, spem majoris boni habendum, excitabant, considerata sunt, Paradisus scil., Arbor vitæ & Sabbathum.*

XXVIII. PARADISUS hortus amœnissimus curâ Dei singulari ad ortum plantatus, fructuum & variarum & optimarum feracissimus, geminis, auro & aquâ abundabat, in quem Adamus à Deo transpositus, ut illum sed sine molestia coleret, eximiam materiam de perfectionibus Dei cognoscendis, deprædicandis, officiis quoque suis haberet.

XXIX. Præprimis Adam attenta jucundissimi viridarii pensitatione facta eximiam Creatoris sui benignitatem observabat, & hinc majorem sibi promittere poterat, si voluntatem ejus sanctè custodiverit, ut, quod in ipso adhuc imperfectum, tum auferendum, eique summa

felicitas substituenda sit. Adeoque spem melioris vitæ Adamo facere poterat, debebat.

XXX. Et hinc est, quod cælum, spirituum consummatorum longè felicissimum habitaculum tam in sacris Luc. XXIII, 43. 2. Cor. XII, 4. quàm scriptis Judæorum *Paradisi, Edenis* nomine occurrat. Egregia quoque Paradisum inter & cælum analogia est. Utriusque idem gratiosissimus Auctor: Idem incolæ: Incolarum idem officium: Similia bona & voluptates, quas ex amœnissimo domicilio consequuntur, quamvis, quod omnibus præfigurationibus commune, bonum præfiguratum præfigurante præstantius.

XXXI. *Alterum est ARBOR VITÆ:* Unica arbor, vel potius una arborum species intra Paradisum, quæ ita nominabatur, erat. Dicitur *Arbor vitæ*, quia præstantibus frugibus suis vitam naturalem fulciebat, & simul vitam meliorem fruentibus efficaciter meditando, more insignis gratiæ divinæ consueto, proponebat. Neque enim prior ratio sufficit, nam & fruges reliquarum arborum, quarum plures in horto erant, naturalem vitam alebant. Immortalitatis verò in homine producendæ causa nulli fructui sed soli potentiæ Numinis adscribenda est.

XXXII. Clara cum allusione ad Genes. II. Christus *arbor vitæ* Prov. III, 18. Apoc. II, 7. appellatur. Vult ergo Deus, ut fideles me-

mores

mores hujus
Jesu Christi
tur etiam a
Et rectè;
naturalis, sp
XXXIII
mus, est S
hominis.

XXXIV
producere
menti opu
tut. Quo
fat, (conf.
tuetur ac

parte resp
illum, qu
clificavit i
distinguen
jus finis i
toris pen
hæc non r
hominum
unde surg

XXXV
ptimo ab
unicè cu
nis maxi
do, ad glo
tum est,
sam fuisse

mores hujus Historiæ in hac arbore symbolum Jesu Christi menti suæ sistant. Imò hic usus videtur etiam ante lapsum, quamvis alia ratione. Et rectè; nam Filius Dei semper vitæ nostræ naturalis, spiritualis, æternæ Auctor est.

XXXIII. *Tertium*, de quo dicere constitui-
mus, est SABBATHUM, *quod vel Dei vel hominis.*

XXXIV. *Dei est, quo novas creaturas producere cessat.* Deus ingens & magni momenti opus faciendum certo tempore constituit. Quò nunc peractò operantis instar cessat, (conf. phrasin Exod. XXIII, 12.) opus in-
tuetur ac in illo ceu voluntati suæ omni ex parte respondente lætatur. Quare etiam diem illum, quo cessavit (erat autem septimus) sanctificavit illique benedixit. Sive voluit ut ille distingueretur à reliquis, & opus creationis, cujus finis in hunc diem incidit, ad gloriam Creatoris pensaretur. Clarissimum autem est hæc non ratione Dei sed creaturarum, maximè hominum ad imaginem Dei creatorum dici, unde surgit

XXXV. *Sabbatum hominis, quo is die septimo ab horto colendo desistere debebat, ut unicè cultui divino, speciatim operi Creationis maximo, sapientissimo, optimo considerando, ad glorificandum Deum vacaret.* Nam certum est, Adamo curam horti alioquin commissam fuisse, quæ verò hac die intermittenda.